



MARTIROLOG. IV. MAI.

In Hildesheim S. Gothardi Episcopi & Confessoris

DIPLOMATA HENRICI  
SANCTI.

**H**Nijs Henrico Imp. Sancto ob innocentiam morum carus, & graciosus in paucis fuisse, legitur; *gratissima eius obsequia, & iuge deuotumque seruitium*, prædicantur.

Sitridus Presbyter Misnensis

DE EPISCOPO HILDESHE-  
MENSE GOTHARDO.

**G**Othardus in Altachense Monasterio nutritus, ibidem Abbas factus. Ab Henrico Imp. per Willelgisum, Herueldense regimen suscepit; & secundum sui nominis interpretationem lasciuos fratres durius increpauit. Nam Gothard, Dei durus sonat Germanice. Tegrense quoque & Cremense Monasterium in cura habuit. Tandem ab Imperatore ad Hildeshemensem Episcopatum, Prouinciæ Saxonix, vocatur.

CHRON. Excerptum.

**H**enicus Imper. in Hildeshem, vbi à puero nutritus & edoctus fuit, posuit sanctum Gothehardum in Episcopum.

CHRON.

7  
**CHRON. CITIZENSE.**

**H**enicus Imp. Hildesemensem Episcopatum speciali deuotione dilexit; tanquam in eo educatus: cui & S. Godehardum, post restaurationem & reformationem eius, licet renitentem, præfecit,

**I. TRITHEMIVS LIB. III.**

C. CCXXXVI.

**G**othardus Episcopus Hildeshemensis quartusdecimus ex Abbate Altahensi, vir sanctæ Conuersationis, natione Bauarus fuit. Eius vita virtutibus plena scripta, habetur. Claruit circa annum Domini MXXX. Cuius festum agitur. III. Nonas Maij.

**ALB. CRANTZIVS LIB. IV.**

METROP. C. VII.

**N**on illi (S. Bervardo) minor in omni virtute & sanctitate successit Godardus.

**TITVLVS EDITIONE LIPSIANA.**

Anno 1518. vitæ S. Godehardi,  
præfixus.

**V**ita Beatissimi Patris Godehardi Hildeneshemensis Ecclesiæ Antistitis, Confessorisque sanctimonia, virtutum honestate, ac miraculis omnigenis clarissimi.

OS (O) SO  
S

PRO-